

Wf
1725

III, 16.

2. 16.

III, 16.

DE SVMMIS
SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE. IN. REM
ALTENBURGENSIUM. SCHOLASTICAM
MERITIS

PROGRAMMA. III

QVO

AD. NATALEM. AVSPICATISSIMVM
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI

DOMINI
FRIDERICI

DVCIS. SAXONIAE

IVLIACI. CLIVIAE. MONTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE
LANDGRAFII. THVRINGIAE. MARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNE
BERGAE. COMITIS. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE
RAVENSTEINII. ET. TONNAE

PRINCIPIS. HEREDIS
DOMINI. NOSTRI. CLEMENTISSIMI

D. XIII. KAL. FEBRUARII. CL. Iocclii

IN. MAIORI. ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. AVDITORIO

AVDITA. POST. MERIDIEM. HORA. III
TESTIFICANDAE. DEVOTISSIMAE. PIETATIS. CAVSSA
PVBLICE. CELEBRANDVM

PERILLVSTRES. EXCELLENTISSIMI. ATQVE. AMPLISSIMI. AVLAE
FRIDERICIANAE. AC. VRBIS. HVIVS. PROCERES

MAECENATES. INDVLGENTISSIMI
CVRATORES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI
PATRONI. ET. FAVTORES. O. O

HONORATISSIMI. ATQVE. EXOPTATISSIMI
DEMISSE. AC. DECENTER. INVITANTVR

A

M. IOANNE. GOTTFRIDO. MOERLINO

ILL. FRIDERICIANI. GYMNASII. DIRECTORE
LATINAE. IENENSIVM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

ALTENBURGI

LITTERIS. PAVLI. EMANVELIS. RICHTERI



ommemoratis DIVI IOANNIS. CONSTANTIS in nostram Altenburgen-
 sium rem litterarum meritis, enumeratisque primis Scholae recens confitu-
 tae praeceptoribus; ordo exigit, vt FILII SERENISSIMI IO-
 ANNIS. FRIDERICI in eandem rem nostram scholasticam merita ad-
 dexam. Natus hic die xxx lunii clo 1033, sexennis fere, anno clo 1038
 vitae studiorumque magistrum nactus est Georgium a patria Spalatinum dictum (a), biennio
 ante, anno clo 1037, vocatum Pastorem Hohenkirchenfem, pagi nomen esse ad radices fluvii
 Thuringiae, testatur Schlegelius (b), et sequenti mox anno, monasterii a valle S. Georgii
 cognominati, parochiaeque prope aditi iuuenum nouitiorum monachorum praecepto-
 rem, virum de quo Hf. Clauderus (c) Iosephi Clauderi de schola et ecclesia CHRISTI in hac
 vrbe immortaliter meriti filius ex vero cecinit:

*Spalatinades, rosetis quem fama quadrigis,
 Nescia fama mori, fere docta per ora virorum;
 Vitens is merito mihi bibliotheca vocandus,
 In qua delituit sacra pagina, culta Sopia:
 In qua linguarum pmoeria viua virebant.*

Huius viri pietate atque eximia eruditione praestantissimi, ad quem ipse Papa Leo X. scri-
 bere non verecundatus, educationi et informationi SERENISSIMVS. GENITOR,
 Matre orbatum in aula sua commisit Filium optimum, hac conditione, vt traditum fidei suae
 Principem, tanquam carissimae coniugis, cum qua sibi vix triennium datum viuere, unicum, deside-
 ratissimumque pignus diligenter seruaret, ne insectus grauis aulae moribus vergeret in deterius, sed
 summo studio in id iuxta incumberet, vt pietas suppremit, moribus deinde Principe Christiano di-
 gitis atque honestis disciplinis quam optime imbueretur (d). Sed non vltra biennium contigit,
 Spalatinum institutione frui, cuius rei fidem praeter Schlegelium facit Horlederus (e), vnde
 ipse pius Princeps postea saepe et grauius doluit, tantum sibi virum iusto maturus erep-
 tum esse. Liceat mihi veri virtutum ipsius Principalium praedicatoris Iusti Menii
 ex Stybaro (f) hanc in rem adferre testimonium: *Obwohl ihr Ch. F. G. die Zeit, da das
 Antichristliche Bapstthum in der heiligen Christenheit, durch die ganze Welt auff geualtigst im
 Schwang gegangen, in diesem Leben auff Erden geboren, zu dem auch hernach ein zeitlang dar-
 innen auferzogen sind. Daher dem vnserm lieben Landsvater dieser Schad und vnrat entstanden,
 das durch der lauffichten Moenchen vnter vnd triegerer S. Ch. F. G. auffgehalten vnd verhindert
 worden sind, gute Freye Künste und fremde Sprachen (die ihm zu vollfuhung seiner Fürstlichen Stander
 vnd Ancht wol von Nutzen, und sehr nützlich betten seyn mögen) in ihrer Jugend zu lernen, dar-
 über namals S. Ch. F. G. zum offermal mit betrübten Gemüth, und zuweilen auch wol mit enge-
 dult beklaget haben. So haben doch gleichwol nicht desto weniger sie über das, das sie dar bettig
 und allein seligmachender Göttlicher Wort, so bald daselbig, in diesen ihrer Ch. F. G. Landen vnd
 Kirchen aufgangen in teglichen Prädigten mit grossen ernst stetig allweg angehoert etc. In primis
 vero quaedam legimus (g) de successore Spalatio impari M. Coldicio, vel eo nomine
 non optime de se merito, quod aliquanto liberiores vitam indulisset. Quamquam vero
 aliquandiu carendum fuerit praeceptoris carissimi contubernio Principi optimo; tamen
 ab amplissimo vrbis Senatu expertus Spalatinus, ab anno clo 1035 vsque ad finem vitae,
 qui in diem xvi Ianuarii clo 1045 incidit, primus Superintendentens non solum dioeceseos,
 sed etiam totius Voigtlandiae constitutus atque a consiliis Ecclesiasticis, teste Schlegelio (h)
 fidelem atque adprime vtilem PRINCIPI suo olim discipulo praestitit operam, postmi-
 nio quasi reuersus, vnde nullus dubito, primum scholae Altenburgensis Inspectorum
 eum nominare, atque hanc ipsam rem meritis SERENISSIMI IOANNIS. FRIDE-
 RICII in rem Altenburgensium scholasticam adnumerare.*

Atque vt nihil plane de constantia in amore erga praepceptorem olim, postea vero
 Sacrorum Antifilem probatissimum restet dubii, ipsius Magnanimi Electoris diploma non-
 dum, quod sciam, publicatum mecumque singulari beneuolentia Viri cuiusdam maxime
 venerabilis communicatum, tanto minus dubito in medium adferre, quanto maior inde
 in

- (a) Gentilium viri nomen CHRISTIANVS quidem SCHLEGELIVS in Historia vitae Spalatinus p. 2.
 exculpere se non potuit, proferitur; sed ex GODOFR. LYDOVICI. Hist. Gymnasior. Scholarum-
 que celebrium P. IV. no. 169. patet, numeribus et meritis illustrem quondam virum D. IO. THOMAE
 in MS. ad Simleri Bibliothecam Oberstombus et Wolfsgango Agricola adnotauisse, patrem eius coria-
 rium, dictum fuisse *Borchhard*.
- (b) CHRIST. SCHLEGELIVS in Hist. vitae Spalat. p. 11.
- (c) ISR. CLAUDERVS in Laudatione in Altenburgum.
- (d) Conf. HIST. IO. FRIDER. ELECT. SAXON quam Praef. CASP. SAGITTARIO Ienae
 olim habuit. IO. FRIDERICI, p. 7.
- (e) FRIDER. HORLEDER de causis Belli Germ. P. I. L. IV. c. XXIII. p. 596.
- (f) THOM. STYBARI. Historische Erzählung und Leichpredigten etlicher hocherleuchter Keyser, Koeh-
 nige und Churfürsten. P. I. p. 194.
- (g) Conf. HIST. IO. FRID. Praef. SAGITTARIO habita p. 8.
- (h) SCHLEGELIVS in vita Spalatinus p. 81.

in virum optime de re facta et litteraria meritum et in omnes arcta necessitudine illum attingentes indulgentia elucet: Von gots gnaden Wir *Johan Friedric* Hertzog zu Sachsen des heiligen Romischen Reichs Erzmarschalch vnd Churfurst Lanigraue in Thüringen vnd Marggrauve zu Meissen Bekennen vnd thun kund vor vns vnd von wegen des Hochgebornen Fürsten hern *Johansen* Ernstten hertzogen zu Sachsen &c. vnserer freuntlichen lieben bruders gegen nemnglichen Das wir auf vnderthenig bit vnd ansuchen des wüdtigen vnserer liebenn andechtigen, Ern *Georgenn* Spalatin pfarvor vnd thumbhern zu Aldenburch gewilligt. Ob sich nach dem willenn des allemächtigen Gotes zutragen das er vor seinem weibe vnd kindern vorsehenn wurde das aldam aller einkommen seiner prebend vnd obediencz mit dem Corpus presbitz seuehenn vnd brodt zu Aldenburch in vnserm stift außm schloß das erste iar obgnantem seinem weib vnd kindern ane nemnglichen verbindeunge volgenn vnd geracht werdenn sollen. Das auch ober berurtte erste iar nach des Spalatinus absterben so imo got ainen son mit seiner haufftrauen güt das bemelt einkommen seiner prebend vnd obediencz wie er ime gelassen vndt verlich gesselt zu seinem studio neun iar nach seinem tode volgenn vnd hinderlegt auch also verschrieben soll werden. Wo aber der Son ebr dann er sechs iar alt wurde oder ob er dte neun iar vberlebte, vnd vorwurbe doch doch nach ebr dann er das geldt vorstudirt bette, war dann am geldt hinderlegt vnd oberig were, das soll seinen vorkern bleibenn vnd volgen. Wurde er aber kainen Son erlangenn oder der wurde zu sudiren vngeschickt sein, So soll doch denn kindern vnd miter ingemain alles berurt einkommen seiner prebend vnd obediencz nach des Spalatinus als der vaters absterben zebenn iar lang alleenthalben zu irer abfertigung vnd vnderhaltung volgen. Welchs wir auch also himit in vnd mit Crafft ditz brüet wollen bewilligt vnd vorschrieben haben. Treulich sonder geord. Zu vorkent mit vnserm zuruck aufgedrucktem Secret besigelt. Vnd gehenn zu Torgaw am dörnflag nach *Qua*quingentesimo Anno domini fünfzehenn hundert vnd Sibennundressig.

Io: Fridrich: Churfurst:

m. pp. lit:

Exstat etiam aliud amoris erga Spalatinum nostrum nunquam, neque imminuti neque immineundi Optimi Principis documentum apud Schlegelium (i). Cum enim vir religiosissimus in moerorem incidisset, quem vnde conceperit Adamus (A) quidem fe hariolari vix posse profiteretur, Schlegelius (I) tamen his declarat verbis: *Cruciatibus noster sexagenarius iam maior, magno animi dolore, curis insuper itineribus ac laboribus pene confectus, quidam quodam Passoriv cuiusdam factu, qui uxoris demortuae nouerican duxerat, ac nostri confesum, qua ratione nescio, impetrasse fama erat, quae fama anxium haud dubie habuit de iactura gratiae Principis, apud quem per omnem vitam fuerat gratiosus. Hanc illi sollicitudinem vt eximeret Elector, Giza die Iouis post Agidii clo lo XLIV rescribat bonoque esse animo iubebat his verbis (m): Dießwil wir wissen, das ir weiland den Hochgebornen Fürsten Herrn Fridrichen vnd Herrn Johanssen, Hertzogen zu Sachsen &c. vnd unsern lieben Vetteren vnd gnedigen Herrn Vattern seliger vnd löblicher Gedächtnis auch vnn in Alwege mit güttern vnderthenigem vleis gedancket, dorob auch Ire Lieb, Gnade vnd wir gnedigs vnd güt gefallenns getragen, So solt ir euch vnsern halben keiner Vngnaden, Sondern aller gnedigen vnd guten willenn zu uns vorsehenn, wissen auch gar nit, das ir vnn darzu ainliche Vrsach gegeben, darumb durfft ir euch keine Gedankcken fassen noch machen, Als ob wir euch vngnedig weren, Sondern wir seint euch mit denen Gnaden geneigt, wie wir euch ie vnd alle weg gewest, Wollen auch euer gnedigster Herr sein vnd bleiben &c. Plura et prolixiora principalis in virum rectissimi exempli indulgentiae adduci possent testimonia, nisi id mihi datum esset negotii, vt meritum immortalis laude dignissimi PRINCIPIS. ELECTORIS memoriam hoc recultam sehedio conferuare adlaborarem.*

Non ita multo post contractum consummatumque Torgae clo lo xxxvii Dominica Exaudi, postridie Kalendas Iunias matrimonium, Rosino (n) teste, a Diuo Patre Ioanne ad partes gubernationis adhibitus, vt rationem tractandi rebus publicam cognosceret vsque praedificeret, religionis et rei litterariae incrementis studiosissime prospexit. Cumque ab anno iam commemorato particeps fuerit imperii, in partem gratiarum, IOANNI Pasiri indulgentissimo, pro assignato Musis nostris in coenobio Franciscanorum domicilio debarum, proprio quodam iure venire videtur posse. Ingenue igitur fateor, me nimio plus antea illorum testimonius tribuisse, qui soli Patri tribuendam hanc gloriam afferentes, IO: FRIDERICVM eius plaxe exortem esse voluerunt, illo tempore iam confortem, vnde illud sequitur, ex parte tantum falsum esse, quod in veteri MS. rerum Altenburgicarum commentario relatum legitur: Anno 1529. Hat der Churfurst Hertzog Johan Fridrich das Bawfiser München Klojer zur Stadtschulen gegeben. Tum enim Elector quidem nondum fuit, Patris tamen Electoris in regenda patria foelici. Patet hoc etiam ex his Fridericianae IO. FRIDERICI hitoriae verbis (o) Anno clo lo xxxii. Patri rebus humanis exento in Electorali dignitate successit,

(i) SCHLEGELIUS ibid. p. 231, sq.

(A) MELCH. ADAMVS in vitis Theologor. p. 47.

(I) SCHLEGELIUS l. c. p. 170.

(m) IDEM p. 231.

(n) IO. ROSINVS in exemplis pietatis illustris, speciam in vita IO. FRIDER. MAGNANIMI X. 3:

(o) HIST. IO. FRIDERICI. Praef. CASP. SAGITTARIO defenia p. 13. §. v.

cessit, acceptamque religionem Evangelicam summa pietate ac constantia tutatus est: unde Pii et Constantis cognomina adhuc vivis summo merito reportavit. Electorum solus, Ducaler vero provinciarum aliquamdiu regimine socio cum fratre Johanne Ernesto rexit. In partem regiminis vivis utdenuque Pater Filium vocaverat.

Amplissima laudum DIVI. ELECTORIS meritorumque in nostram etiam rem scholasticam restat materia, quam in aliam scribendi occasionem, indicanda propositi ratio referaturonnet. Instat dies, quemadmodum totius naturae, ita etiam FRIDERICIANO RVM terrarum spei certissimae aptissimus, exoptatissimus, dies quo SERENISSIMVS PRINCEPS. AC. DOMINVS. DOMINVS. FRIDERICVS. DVX SAXONIAE. IVLIACI CLIVIAE. MONTIVM ANGRIAE. ET WESTPHALIAE LANDGRAFIVS. THYRINGIAE. MARCHIO. MISNIAE. PRINCEPS. COMES. HENNEBERGAE. COMES. MARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTA. RAVENSTEINII. ET. TONNAE. PRINCEPS. HERES. DOMINVS. NOSTER. CLEMENTISSIMVS ortu Suo PARENTVM. SERENISSIMO RVM. REGNATRICE. DOMVS subiectorum totiusque rei christianae votis diuinam adnuisse providentiam declaravit. In memoriam anni eius, quo tanta patriae dulcissimae felicitas obrigit, dum redeo, non possum, quin Chronostichon faulti omnis plenissimum, quo VIR. PERILLYSTRIVS. NATALIBVS. MERITISQVE. IN. REM. SACRAM. CIVILEM. ET LITTERARIAM. EXCELLENTISSIMVS. DN. CONSILIARIVS INTIMVS. F. W. AB. EISENBERG. felicissima extemporalitate, tabulae SERENISSIMI PRINCIPIS. COBVRG. adhaerens, omnia rebus humanis optabilia complexus est, impetrata demissis precibus in hanc rem venia, adiungam: Ipso DIE. FABIANI. SEBASTIANI. NASCITVR. PRINCEPS. SAXO-GOTHANVS IN. SPEM. PATRIAE. FORTVNAE. Ratum esse omen iubeat DEVS. O. M. ATQVE. SERENISSIMVM. IUVENTVTIS. PRINCIPEM. PRIMOGENITVM. PATERNARVM. MATERNARVMQVE. VIRTVTVM. EX. ASSE HEREDEM patriae felicitati natum, saluum atque in feros annos florentem atque vegetum conferat. Communis omnium ex hoc die laetitiae FRIDERICIANVM etiam Gymnasium magnam devotissime capit partem, cuius declarandae studio, *Exoptatissimus gratissimusque Musarum FRIDERICIANARVM Hesperes. Perillustri ac Generosissimus Iuuenis, DOMINVS. WILHELMVS. HENRICVS. CHRISTOPHORVS. HAIMARVS. L. B. DE WOLLZOGEN Eques Franconicus EMINENTISSIMI. SACRAE. CVRIAE PRAESIDIS. MAECENATIS nostri INDVLTENTISSIMI Filii optimus, et post Eum alii tres bonae indolis ac spei FRIDERICIANI Gymnasti ciues selecti ordinis, Io. Gottlieb. Funccius Thonhusanus Io. Fridericus Moerlinus Altenburgeris Carolus Gottlob Schumannus Altenburgeris,* carminibus solutisque orationibus pietatem suam testificari decreverunt, quos *vercastino ipsoque Natali die, aucta post meridiem hora III. in maiori III. Gymnasii auditorio publice vota nuncupaturos, solita gratia atque benevolentia PERILLYSTRES. EXCELLENTISSIMI. AMPLISSIMI. AVLAE. ATQVE. VRBIS. PROCERES. MAECENATES. MAXI MI. CVRATORES. GYMNASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI. PATRONI. ET. FAVTORES. O. O. HONORATISSIMI. ATQVE. EXOPTATISSIMI* audire velint, demisse decenterque oro.

PERILLYSTR. AC. GENEROSISSIMVS. DN. WILHELMVS. HENRICVS. CHRISTOPHORVS. HAIMARVS. L. B. DE WOLLZOGEN. SERENISSIMVM IUVENTVTIS. PRINCIPEM *natiuitate, dignitate, virtute PRINCIPEM canet Carmine Heroico Latino.*

IO. FRIDERICVS. MOERLINVS Altenb. SERENISSIMI IUVENTVTIS PRINCIPIS *indolem vere Principalem spei publicae ancoram esse certissimam, ostendit Oratione Gallica.*

CAROLVS. GOTTLIB. SCHMANNVS Altenb. *Solicitam PRINCIPIS tantae indolis educationem firmiter firmamentum futurae felicitatis esse declarat Oratione Latina.*

IO. GOTTLIEB. FUNCCIVS Thonhusanus SERENISSIMI IUVENTVTIS PRINCIPIS *virtutes Principales omnium admiratione atque imitatione dignissimas praedicabit Oda Teutonica.*




Handwritten text: *Hand*
MF 1725. 40

Handwritten text: *1078*

ULB Halle 3
006 753 418


Handwritten text: *10. 1.*





DE SVMMIS
 SERENISSIMAE. GENTIS. ERNESTINAE. IN. REM
 ALTENBVRGENSIUM. SCHOLASTICAM
 MERITIS
 PROGRAMMA. III

QVO
 AD. NATALEM. AVSPICATISSIMVM
 SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
 DOMINI
 FRIDERICI

S. SAXONIAE
 NTIVM. ANGRIAE. ET. WESTPHALIAE
 ARCHIONIS. MISNIAE. PRINCIPIS. COMITIS. HENNE
 ARCAE. ET. RAVENSBERGAE. DYNASTAE
 ENSTEINII. ET. TONNAE

IPIS. HEREDIS
 TRI. CLEMENTISSIMI

KAL. FEBRVARII. CLIO IocCLII
 ERICIANI. GYMNASII. AVDITORIO
 POST. MERIDIEM. HORA. III
 DEVOTISSIMAE. PIETATIS. CAVSSA
 BLICE. CELEBRANDVM

ENTISSIMI. ATQVE. AMPLISSIMI. AVLAE
 E. AC. VRBIS. HVIVS. PROCERES
 S. INDVLGENTISSIMI
 NASII. SPECTATISSIMI. GRAVISSIMI
 L. ET. FAVTORES. O. O
 SIMI ATQVE. EXOPTATISSIMI
 AC. DECENTER. INVITANTVR

A
 GOTFRIDO. MOERLINO
 RICIANI. GYMNASII. DIRECTORE
 VM. SOCIETATIS. COLLEGA. HONORARIO

ALTENBVRGI
 PAVLI. EMANVELIS. RICHTERI

